

michi, tentavi verbis illis forte imprudentius quam fuisset expediens, propositum tuum.

Itaque, si verba prioris epistule apud te pleno intellectu minime collecta fuere, inscitiam meam excuso, non equidem culpo industriam tuam, quam ad maiora, immo ad omnia perspicacem iam dudum et celebrem novi. Quod autem exprobaverim tibi minus decentibus verbis offensam illatam, quod ad impropria nimis laxatis habenis transcurerim, parce leso, ignosce gravato. Nullus enim in pari facto tantum exacerbasset animum quantum tu. Certe si plebeius homo, si vulgaris quispiam, qui emolumenta tantum, non
20 veras aut honestas amicitias considerat, hoc michi quod de te questus sum irrogasset, tulissem equanimiter, cum personam considerassem. Nunc autem cum in summo Viro, quem in raris et electis secreveram, tam patenter lesum me cernerem, extuabam fateor, et ni forte evomissem quod gravabat precordia, succubuissem penitus, et pondere nimio et omni auxilio destitutus.

Tu vale et sic mea verba capescito, ut quod virtus olim conciliavit non distrahat cuiusvis oblique alterationis eventus. Iustino-
poli, 5^o octobris 1367.

10.

*Epistola magistri Gabrielis de Dondis phisici
ad dictum dominum Paulum de Bernardo *).*

[Vat. cc. 109 r-109 v].

Benintendis amicus noster, Vir egregius et, ut Senece verbo utar, ac ipsum laudibus quibus dignus erat extollam, licet invalido
fragilique corpusculo, Vir fortis et strenuus, cuius excolendam memoriam libens ago, longe ante, mi Paule, tui michi fecerat intellectum; imo ad exquirendum noticiam tuamque amicitiam et affectum brevi ac fere unico et singulari sermone deduxerat, dum

Epist. 24, 10.

¹⁴ *M. L.* inculpo. ¹⁵ *M. L.* perspicerem. ¹⁶ *Vi. M. L.* illatamque.
¹⁷ *M. L.* transiverim. ¹⁸ quantum] *Vi. M. L.* quam. ²¹ *Vi. M. L.* considerasset. michi] *Vi.* modo. ²⁰ *L. manca la data.* 1367] *om. Vi. M. L.*

*) Cfr. a pagg. 44, 76, 111-112, 150, 151.